Marbio 26 (80)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

IACOBVS

Miseratione diuina Epus Portuen Sancte Romane Ecclesie Cardinalis Sabellus nuncupatus Sanctissimi Dni nri Papæ Vicarius generalis Romaneq cu-
rie et eius districtus Judex ordinarius ac abeode Sanctissimo Dno nro Papa et sede aplica ad Infrascta Judex et executor specialiter electus et deputatus Vniuersis et
singulis pntes nras lras siue hoc pns publicu Instrum uisuris lecturis pariter et audituris Salutem In Dno et nris Sumo immo uerius aplicis firmiter obedire
mandatis lras Sanctissimi In xpo pris et Dni nri Dni Sixti diuina prouidentia Papæ quinti In forma breuis sub annulo piscatoris expedita et nobis directa
sanas siquide et Integras no uitiatas, no cancellatas neq in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus uitio et suspectione carentes ut in prima facie apparebat nobis pro par-
te Dni Jois francisci Cipelli laici Lauden dioc principalis in subinsertis lris principatr nominat presentatas quas nos cu ea qua decuit reuerentia recepimus
huiusmodi sub tenore Vz a tergo Dilecto filio in Vrbe et illius districtu Vicario nro in spiritualibus generali Intus uero Sixtus Papa quintus Dilecte fili nr Salutem et
apostollica benedictione Exponi nobis nuper fecit Dilectus filius Joes franciscus Cipelli laicus Lauden dioc quod alias ipse qui officiu Pretoris in loco de Pomponisci
Cremonen dioc per aliquot dies exercuit et iter faciens uersus locu de Guastalla inuenit incidere quosdam homines quos cu sibi dictu fuisset esse exules dicti loci de Guastal-
la latrones et publicos depredatores uiaru denunciauit Auditori generali Dni temporalis dicti loci qui statim misit milites ut illos caperet uerū cū illos capere no possent tres
ex eis Interfecerunt Cu aut sicut eade expositio subiungebat ipse propter premissa irregularitatis macula siue notam incurrisse dubitet et deuotionis zelo cupiat militie Clericali
adscribi nobis humilr supplican fecit quatenus in premissis opportune prouidere de benignitate aplica dignaremur Nos igitur Joem Franciscu prefatu specialibus fauoribus et
gratijs prosequi Volentes huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue per presentes committimus et mandamus quatenus cum eodem Joanne francisco qui in curia presens
existit et litteras testimoniales ac dimissorias ordinarij sui seu illius in spiritualibus Vicarij generalis ad prima tonsuram ac quatuor minores ordines suscipiendos ut asserit habet ut
Clericali charactere insigniri necno ad oes etia sacros et presbiteratus ordines promoueri et promotus in illis etiam in altaris ministerio ministrare nec non quecuq et qualiacuq beneficia
Ecclesiastica cum cura et sine cura etiam si Canonicatus et prebende dignitates personatus administrationes uel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis et Collegiatis Ecclesijs
huiusmodi principales fuerint et ad dignitates personatus administrationes et officia huiusmodi consueuerint qui per electione assumi eisq cura immineat animarum si
sibi alias Canonici conferantur aut eligatur presentetur uel alias assumatur ad illa et Instituatur In eis recipere et dumodo plura simul non sint quam que a Concilio tridentino
permittitur retinere libere et licite ualeat auctoritate nra dispenses Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Aplicis ac Ecclesiarum In quibus beneficia huiusmodi
fuerint etiam Juramento confirmatione apostollica uel quauis alia firmitate roboratis statutis et consuetudinibus ceterisq contrarijs quibuscuq Datu Rome apud Sanctum
Marcum sub Anulo Piscatoris Die duodecima Julij Millesimi quingetesimi Octuagesimi quinti Pontificatus nostri Anno Primo Tho. Thom. Gualbertutius. H. fuscus

Post quarum quidem litarum apostollicarum presentationem et receptionem nobis et per nos ut premittitur factas fuimus pro parte dicti Dni Jois francisci Cipelli prin-
cipalis debita cum Instantia requisiti quatenus ad executionem preinsertarum litterarum apostollicarum et contentorum In eis procedere dignaremur Juxta traditam seu
directam per eas a sede apostollica nobis forma Nos igitur Jacobus Cardinalis Sabellus Judex et executor prefatus attendentes requisitionem huiusmodi fore Justam
et rationi consonam Volentesq litteras apostollicas reuerenter exequi ut tenemur et quia ipse D. Joes franciscus principalis Coram Rmo P. D. Vincentio Portico Archiepo
Ragusino Vicegerente nostro personatr Comparuit et preinsertas lras apostollicas una cum litteris testimonialibus ac dimissorialibus ordinarij sui seu illius In spiritualibus
Vicarij generalis ad prima tonsura et quatuor minores ordines suscipiendos exhibuit et presentauit seuq Juxta dictarum lraz aplicaz tenorem dispensari humiliter et
Instanter petijt et postulauit Vnde prefatus Rmus P. D. Vincentius Porticus Vicegeres noster uisis dictis lris aplicis ac testimonialibus et dimissorialibus premissisq Intellec
tis cu eodem D. Joe francisco ibidem pnte et id fieri humiliter petente ut clericali charactere Insigniri nec non ad oes etiam sacros et Presbiteratus ordines promoueri
et promotus in illis etiam In altaris ministerio ministrare necnon quecuq et qualiacuq beneficia Ectica cum cura et sine cura etiam si Canonicatus et prebende di-
gnitates personatus administrationes, uel officia In Cathedralibus etiam Metropolitanis et Collegiatis Ecclesijs huiusmodi principales fuerint et ad dignitates persona
tus administrationes et officia hmoi consueuerint qui per electionem assumi eisq cura immineat animarum si sibi alias Canonice conferantur aut eligatur presentetur
uel alias assumatur ad illa et Instituatur In eis recipere et dumodo plures simul non sint qua que a concilio tridentino permittitur retinere libere et
licite ualeat aucte apostollica dispensauit prout nos dispensamus eumdem presentiu per tenorem ac alias In omnibus et per omnia Juxta carumdem preinserta-
rum litterarum aplicarum formam et tenorem Quocirca et singula supradicta prefatas quoq litteras apostollicas et hunc nostrum processum ac omnia et singu
la In eis contenta uobis omnibus et singulis supradictis Intimamus Insinuamus et notificamus ac ad uestram et cuiuslibet uestrum notitiam deducimus et deduci
uolumus per presentes In Quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras siue hoc presens publicum processus Instrumentum
exinde fieri et per unum Curiæ nræ Notarium publicum Infrascriptum subscribi sigilliq nostri et eiusdem Curiæ nostræ quo In talibus utimur Jussimus et
fecimus impressione communiri Datum Romæ In Palatio nostræ solitæ residentiæ sub Anno a Natiuitate Dni nri Jesu xpi Millesimo Quingentesimo Octu-
agesimo quinto Inditione decima tertia Die uero Secunda Mensis Augusti Pontificatus Sanctissimi In xpo pris et Dni nri Dni Sixti diuina prouidentia Papæ
Quinti Anno eius Primo Presentibus ibidem Rdo Dno Simone Gagnetto Ctico Tullen et Magco D. Alexandro de Romanis dictæ Curiæ nræ connotarijs testibus ad pre-
missa uocatis habitis specialr atq rogatis ——

Et quia de premissis ego Ascanius Massiottus publicus apostolica aucte necnon
Sancmi D. N. Papæ Vicesgij notus rogatus fui ideo hoc pns publicum Instrum
subscripsi et publicaui in fidem premissor requisitus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871457815-19/fragment/page=0001
DFG

XXIX, 248

2 Agosto 1585

1585

Morbio 26 (80)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871457815-19/fragment/page=0002